

MICHÉE.

CHAPITRE PREMIER.

Vengeances du Seigneur sur Samarie et sur Jérusalem.

1. Voici les paroles que le Seigneur a dites à Michée, de Morasthi, qui prophétisa touchant Samarie et Jérusalem, sous le règne de Joathan, d'Achaz et d'Ézéchias, rois de Juda.

2. Peuples, écoutez tous : que la terre, avec tout ce qu'elle contient, soit attentive : et que le Seigneur Dieu soit lui-même témoin contre vous, le Seigneur qui voit tout de son saint temple.

3. Car le Seigneur va sortir du lieu où il réside : il descendra et foulera aux pieds tout ce qu'il y a de grand sur la terre.

4. Sous lui les montagnes disparaîtront ; les vallées s'entr'ouvrant se fondront comme de la cire devant le feu, et s'écouleront comme des eaux qui se précipitent dans un abîme.

5. Et tout ceci à cause du crime de Jacob et des péchés de la maison d'Israël. D'où est venu

1. Verbum Domini quod factum est ad Michæam Morasthiten, in diebus Joathan, Achaz, et Ezechiae, regum Juda; quod vidit super Samariam, et Jerusalem.

2. a Audite populi omnes, et attendat terra, et plenitudo ejus; et sit Dominus Deus vobis in testem, Dominus de templo sancto suo. [a Deut. 32. 1. 2.]

3. a Quia ecce Dominus egredietur de loco suo; et descendet, et calcabit super excelsam terram. [a Isai. 26. 21.]

4. Et consumentur montes subtus eum; et valles scindentur sicut cera a facie ignis, et sicut aquæ quæ decurrunt in præceps.

5. In scelere Jacob omne istud, et in peccatis domus Israel; quod scelus

CAP. I. — 1. Ad Michæam Morasthiten. Ce surnom a été donné à notre prophète, sans doute pour le distinguer de son homonyme qui vécut sous le règne d'Achab, roi d'Israël, et de Josaphat, roi de Juda. Ménochius a adopté le sentiment d'Eusèbe et de saint Jérôme, qui ont cru que Morasthi était une bourgade située près d'Eleuthéropolis, dans la tribu de Juda. Mais d'autres critiques croient que, d'après l'Hébreu, le surnom de Morasthite, pourrait signifier habitant de Moréssa ou Maréssa, ville qui était aussi de la tribu de Juda et dont il est parlé dans ce chapitre au verset 15.

2. Audite populi. Les prophéties de Michée se divisent en trois parties, et chacune de ces parties commence par ce mot : Audite (Voyez le commencement du chap. III et celui du chap. VI, où se trouve le début de la 2^e et de la 3^e partie).

5. Nonne Jerusalem. Ces deux villes, Samarie et Jérusalem, sont considérées comme la source et l'origine de toutes les erreurs qui s'étaient répandues dans les royaumes d'Israël et de Juda, parce que ces deux villes en étaient les capitales, et qu'en vertu d'une certaine centralisation déjà connue à cette époque, elles donnaient le ton aux tribus, ou comme nous dirions aujourd'hui, à la province. L'exemple paraît des rois et des grands, et il a toujours été vrai de dire jusqu'à un certain point : Regis ad exemplar totus componitur orbis.

CAP. I. — 1. Ad Michæam. Alius est hic Michæa a Michæa filio Jemla, cujus mentio III. Reg., 22, 18. Nam noster prophetavit sub Joathan, Achaz et Ezechia; ille vero vixit sub Achab et Josaphat; itaque noster ducentis, vel centum et quinquaginta annis illo est posterior. — Morasthiten. Morasthi fuit viculus in tribu Juda juxta Eleutheropolim ad orientem ejus. — In diebus Joathan. Hinc patet Michæam paulo post Osee, Joel, Abdiam et Jonam cœpisse prophetare; nam illi cœperunt sub Ozia, qui fuit pater Joathan. — Quod vidit. Quod verbum, id est, quam visionem, aut prophetiam divina accepit revelatione. — Super Samariam, et Jerusalem. Propheta enim contra Israel, hoc est, contra decem tribus, et contra Judam.

2. Audite, populi omnes. Tam decem quam duarum trium. — Plenitudo ejus. Omnes qui illam incolunt et implent. — Sit Dominus Deus vobis in testem. Quod scilicet ego propheta munus impleam, et vos moneam ut ab idololatria et peccatis recedatis. — Dominus de templo sancto suo. Qui in cœlo tanquam in templo majestatis suæ augustus residet.

3. Egredietur. Ad puniendum. Potentiam suam, quæ latere videbatur puniendo, ostendet. — Calcabit super excelsam terram. Calcabit excelsos et potentes, id est, optimates Israel.

4. Et consumentur montes. Principes et potentes Deo premente instar montium fulmine ictorum liquescent, dissolvuntur et consumentur. * Vel per montes et valles urbes intelligit in montibus aut vallibus sitas. — Valles. Plebeii. — Scindentur. LXX, tabescent, liquescent, consumentur more ceræ quam solvit ignis, aut nivis solis ardore tabescentis, et per torrentium alveos decurruntis.

5. In scelere Jacob omne istud. Mala hæc omnia ob scelus Jacob, hoc est, decem tribuum, evenient. — Et in peccatis. Est ejusdem sententiae repetitio. — Quod scelus Jacob? Quis causa fuit idololatriæ decem tribuum? — Nonne Samaria? Nonne reges et principes populi Samariam incolentes, et populo in scelere præeuntes? — Quæ excelsa Juda? Unde factum ut Judæi idolis sacrificarent in excelsis? — Nonne Jerusalem? Nonne reges et principes Jerosolymis agentes, idololatriæ auctores fuerunt et promotores?

Jacob? nonne Samaria? et quæ excelsa Judæ? nonne Jerusalem?

6. Et ponam Samariam quasi acervum lapidum in agro cum plantatur vinea; et detraham in vallem lapides ejus, et fundamenta ejus revelabo.

7. Et omnia sculptilia ejus concidentur, et omnes mercedes ejus comburentur. igne, et omnia idola ejus ponam in perditionem; quia de mercedibus meretricis congregata sunt, et usque ad mercedem meretricis revertentur.

8. Super hoc plangam, et ululabo; vadam spoliatus, et nudus; faciam planctum velut draconum, et luctum quasi struthionum.

9. Quia desperata est plaga ejus, quia venit usque ad Judam, tetigit portam populi mei usque ad Jerusalem.

10. In Geth nolite annuntiare, lacry-

le crime de Jacob, sinon de Samarie? et quelle est la source des hauts lieux de Juda, sinon Jérusalem?

6. Je rendrai donc Samarie comme un monceau de pierres qu'on ramasse dans un champ, lorsque l'on plante une vigne; je ferai rouler ses pierres dans la vallée; et j'en découvrirai les fondements.

7. Toutes ses statues seront brisées, tout ce qu'elle a gagné sera brûlé par le feu; et je réduirai en poudre toutes ses idoles : et parce que ses richesses ont été amassées au prix de sa prostitution, elles redeviendront aussi la récompense des prostituées.

8. C'est pourquoi je m'abandonnerai aux plaintes, je ferai retentir mes cris, je déchirerai mes vêtements, et j'irai tout nu; je pousserai des hurlements comme les dragons, et des sons lugubres comme les autruches,

9. Parce que la plaie de Samarie est désespérée, qu'elle est venue jusqu'à Juda, qu'elle a gagné jusqu'à la porte de mon peuple, jusque dans Jérusalem.

10. Que le bruit de vos maux ne s'étende point

7. Ad mercedem meretricis revertentur. Les temples des faux dieux ne s'enrichissaient que des dons que leur faisaient les victimes honteuses de la prostitution et de l'idolâtrie. Le Prophète voit ces richesses abominables passer entre les mains des Assyriens qui prostituaient leur culte aux mêmes idoles, et qui devaient faire aussi un usage honteux de toutes ces dépouilles.

8. Vadam spoliatus et nudus. C'est-à-dire mal vêtu, couvert d'une simple tunique et d'habits déchirés, les pieds nus, comme ceux qui étaient dans le deuil ou qu'on emmenait en captivité.

10. In Geth nolite annuntiare. Car les Philistins qui l'habitent ne manqueraient pas, dit le P. de Carrières, d'augmenter vos maux par leurs insultes et leurs outrages.

6. Ponam Samariam quasi acervum lapidum. Evertam Samariam, adeo ut ipse locus sive mons in quo sita est, vitibus conseratur, et fiat vinea; ipsa vero superba urbis œdificia et muros detraham et evertam usque ad fundamenta, adeo ut eorum lapides dejiciantur et devolvantur in vallem subjectam, ibique in acervum cumulentur.

7. Mercedes ejus. Donaria et opes quas ab idololatriæ recipiebat meretrix, id est, idolorum cultus Samaria, et in profanis idolorum delubris collocabat, pretiosam suppellectilem auream, vel argenteam, vestes, etc. Vel mercedes vocat dona, sive divitias quas collegit Samaria ex commercio et amicitia gentium quarum idola colebat: quas mercedes vocat, quoniam propterea ipsi dabantur quod idola earumdem gentium adoraret; et qua ipsa Samaria idolis suis acceptas referebat. — Quia de mercedibus meretricis congregata sunt. Occasione idololatriæ superstitionis donata vel parata. — Et usque ad mercedem meretricis revertentur. Hæc divitiæ a meretrice Samaria transibunt ad Niniven Assyriorum metropolim, quæ et ipsa meretrix est, hoc est, cultrix idolorum, eritque illius merces pro præstito opere eversionis et dirptionis Samariæ, ad quam nutu Dei vindicis Samariæ peccatorum evocabitur.

8. Super hoc plangam, et ululabo. Ne Israel falsum putet esse quod assero, factis etiam dolorem meum testabor, et nudus incedam, quia non solum Israel vastandus est, sed etiam Juda, et usque ad portas Jerusalem venit plaga et calamitas hæc. — Vadam spoliatus, et nudus. Ut hoc factum significem Israelitas nudos et gementes in captivitatem esse ducendos. Simile est factum Isaïæ, c. 20, 2. — Planctum velut draconum. Qui ab elephantis, cum quibus pugnant, oppressi, magnas et lamentabiles voces edunt. Vide Solin., c. 38, Polyhist., et Plin., l. 8, c. 11. — Luctum quasi struthionum. In Hebr. est, quasi filiarum struthionum; struthiones enim femine magis quam mares clamose, magis quoque lugubrem edunt vocem. Alii qui vertunt, ut juvenes struthionum; pulli enim struthionum a parentibus derelicti, imo contempti, ut ait Job, c. 39, n. 14; et Jerem., Thren., 4, 3, miserabiliter ejulant.

9. Quia desperata est plaga ejus. Scilicet Samariæ. Plagam vocat cladem ab Assyriis illatam, indeque nascentem famem et pestilentiam. — Quia venit usque ad Judam. Nam excisa Samaria, anno sexto Ezechie a Salmanasar rege Assyriorum, mox anno 14 Ezechie Sennacherib, qui successit Salmanasari, proserpens, et ulterius progrediens, venit in Judæam, multasque urbes cepit, ipsamque Jerusalem obsedit, sed ibidem ab angelo occisus est, IV. Reg., 18 et 19.

10. In Geth nolite annuntiare. Cohibete dolorem, nec velitis cladem hanc vicinis gentibus Israelis inimicis nuntiare, ne si hoc audiant, malo nostro lætentur. Sic II. Reg., 1, 20, dicitur: Nolite annuntiare in Geth, neque annuntietis in compitis Ascalonis: ne forte latentur filia Philisthim, ne ecculent filia incircumcisorum. — Ne ploretis. Scilicet ut possent hostes videre, aut audire, eoque gaudere. * Lacrymis plorare est multum plorare. — In domo pulveris. Pro pulveris, in hebræo est, aphra, quod dupliciter accipi potest, vel ut appellativum significans pulverem; et sensus erit: in clade et ruina urbis et ædium magnum pulverem trahentium dum cadunt, pulvere vos aspergite, ut dolentes et lugentes solent. Vel est nomen proprium urbis in tribu Benjamin, Josue, 18, 23; et sensus est simplicior: in Aphra sive Ephra pulvere vos conspergite, ut nomen ipsum urbis significat, et invitat calamitas qua premimur.

jusqu'à Geth : étouffez vos larmes et vos soupirs : couvrez-vous de poussière, dans une maison qui sera bientôt réduite en poudre.

11. Passez couverts de honte et d'ignominie, vous qui habitez dans un beau lieu : celle qui est située sur les confins ne sort pas : la maison voisine, a entendu les plaintes qui venaient de chez vous ; mais elle pense à sa propre sûreté.

12. Elle s'est trouvée trop faible pour vous assister, et elle est plongée dans l'amertume, parce que Dieu a envoyé l'ennemi jusque dans les portes de Jérusalem.

13. Les habitants de Lachis ont été épouvantés par le bruit confus des chariots de guerre : Lachis, vous êtes la source du péché de la fille de Sion, parce que vous avez imité les sacrilèges d'Israël.

14. Le roi d'Israël enverra de ses gens aux

11. *Domus vicina.* Cette maison voisine est le royaume de Juda qui doit entendre les plaintes d'Israël, et qui doit laisser Thégloth-Phalasar et Salmansar punir ce royaume, sans lui porter secours.

13. *Habitanti Lachis.* Lachis semble venir d'un mot arabe qui signifie *difficile*, pour dire sans doute : ville difficile à prendre. Il en est fait mention dans Jos., X, 5; XV, 39; II. Par., XI, 9; IV. Reg., XVIII, 14-17; Is., XXXVI, 2; XXXVII, 8; Jerem., XXXIV, 7; Nehem., XI, 30. Cette ville était située au midi du royaume de Juda. Sennachérib l'attaqua avant d'assiéger Jérusalem.

11. *Transite vobis.* Hebraismus idem significans quod *transite* : sic dicitur Cant. 1, 7, *si ignoras te*, pro *si ignoras*, est enim illud *te* paragogicum, ut cum apud Latinos legimus *tute*, id est, tu ipse. — *Habitatio pulchra.* In hebræo est, *Josebeth Sappir, habitatrix Saphir.* Potest hæc vox accipi ut nomen appellativum, et ut nomen proprium. Si dicamus esse nomen appellativum, sensus erit : o habitatores Samarie, quæ pulchro et uberi loco sita est, transite hoc est, ite in captivitatem, id est, ibitis cum magna ignominia. Si accipiatur ut nomen proprium, non constat quenam sit Sappir, aut ubi sita, cum hoc nomen alibi non inveniatur. Suspiciat Cornel. a Lapide esse eam quæ alio nomine dicitur Saphora, vel Saphorus, vel Sephoris, vel Sephoron, quæ, ut voluit Hegesippus D. Hieronymus, et Adrichomius, est Diocæsarea. Nihil certi in hæc re potest afferri. — *Confusa ignominia.* Propter dedecus captivitatis. In hebræo est, ut vertunt Vatablus et Pagninus, *nuda pudore*, id est, nudo corpore, ut accidit iis qui vestibus pene omnibus detractis, rapiuntur in captivitatem. — *Quæ habitat in exitu.* In hebræo est, *quæ habitat in Saanan, tsaanan*, quod etiam accipi potest ut nomen proprium, vel ut appellativum. Si ut proprium, dicemus Saanan eandem fuisse cum Saanan, quæ fuit urbs tribus Juda, Josue, 15, 37, vel potius eandem cum Sennim, vel Saananim, vel Sannanum, quæ fuit urbs in tribu Nephthali subjecta Samarie, ut patet ex Josue, 19, 33; Judic., 4, 12. Si ut appellativum, dicemus sermonem esse de Samaria, quæ dicitur habitare in *exitu*, id est, in fine terre sanctæ, proxima hostibus, vicina Assyriis. Et sensus erit : ne putes, o Samaria, te, ut prophete minantur, captam esse a Thégloth-Phalasar, qui IV. Reg., 15, 29, aliquos ex te cepit, quasi tunc omnem penam tuis sceleribus debitam persolveris. Non ita est. Nondum est egressa et abducta in captivitatem; abduceris tota, ita ut nemo ex te, vel vix ullus in Samaria supersit. Idem erit sensus, si dicamus Saanan esse nomen proprium. — *Plantum domus vicina accipiet ex vobis.* Pro domus vicina, in hebræo est, *beth haetsel*, quod sequit ut præcedentia accipi potest, vel ut nomen proprium, vel ut appellativum. Si ut proprium, dicemus fuisse locum aliquem, vicium, aut oppidum vicinum urbi Saanan; et sensus erit : Bethætsel, quæ est vicina Saanan, ex ejus vastatione plantum accipiet, quia mox et ipsa vastabitur, ipsa, inquam, *quæ stetit sibi met*, id est, in seipsa, suæque munitioni confidens et suis viribus. Si vero ut appellativum, ita ut Bethætsel idem sit quod domus vicina, sensus erit : Judæa et Jerusalem, quæ est domus vicina Samarie, quemadmodum ex Samaria ob vicinitatem accepit idololatram et culpam, ita et penam, et excidium, et luctum accipiet ab eadem. Jerusalem, inquam, quæ stetit sibi, scilicet in suis viribus et robore confidens. Vel quæ tam elegans erat, et egregie constituta et fundata.

12. *Infirmata est in bonum.* Ad operandum bonum. — *Quæ habitat in amaritudinibus.* Hebr., *quæ habitat in Maroth.* Vel est *Maroth* nomen loci, et fortasse est urbs illa quæ in tribu Juda ponitur, Josue, 15, 59, et *Mareth* vocatur. Fuit etiam alia urbs nomine Mara in tribu Manasse, cujus meminit Adrichomius in descriptione ejusdem tribus. * Vel *Maroth*, transpositis litteris, positum est pro Ramoth; plures enim urbes fuerunt quibus nomen Rama, quæ pluraliter dicuntur Ramoth. Vel est nomen appellativum, significaturque eadem domus vicina, tribus scilicet Juda, quæ habitat in amaritudinibus, id est, peccatis ad amaritudinem ac iram provocantibus, et quam manet a Deo vindictæ amaritudo qua punietur. — *Quia descendit malum.* Nam, ut ait S. Hieronymus, Sennachérib Assyrius, vastata Samaria, venit etiam Jerusalem, misitque Rabsacen, qui Hierosolymitis insultaret, IV. Reg., 18, 17; Isa., 36, 2.

13. *Tumultus quadrigæ stuporis.* Exaudietur in Lachis sonitus quadrigarum Sennachérib, quo præ pavore quasi stupidi reddentur cives Lachis, cives, inquam, Lachis, qui primi ex Judæis idolorum cultum didicerunt a Samaritis, et exemplo suo perverterunt Jerusalem, ad idololatram eam adducentes.

14. *Dabit emissarios.* Non Sennachérib, sed civitas Lachis; nam in hebræo est *thithne*, quæ vox est feminini generis, et de Sennachérib dici non potest. Sensus est, Lachis mis-

sis ne ploretis, in domo pulveris pulverem vos conspergite.

11. Et transite vobis habitatio pulchra, confusa ignominia; non est egressa quæ habitat in exitu; plantum domus vicina accipiet ex vobis, quæ stetit sibi met.

12. Quia infirmata est in bonum, quæ habitat in amaritudinibus; quia descendit malum a Domino in portam Jerusalem.

13. Tumultus quadrigæ stuporis habitanti Lachis; principium peccati est filiæ Sion, quia in te inventa sunt scelera Israel.

14. Propterea dabit emissarios super

hæreditatem Geth; domus mendacii in deceptionem regibus Israel.

15. Adhuc hæredem adducam tibi quæ habitas in Maresa; usque ad Odollam veniet gloria Israel.

16. Decalvare, et tondere super filios deliciarum tuarum; dilata calvitium tuum sicut aquila; quoniam captivi ducti sunt ex te.

princes de Geth : mais ils n'y trouveront qu'une maison de mensonge qui les trompera.

15. Pour vous, qui habitez à Marésa, je vous amènerai des étrangers qui hériteront de tous vos biens; la gloire d'Israël s'étendra jusqu'à Odollam.

16. Arrachez-vous les cheveux, coupez-les entièrement pour pleurer vos enfants qui étaient toutes vos délices; demeurez sans aucun poil, comme l'aigle parce qu'on vous a enlevé et que l'on a emmené captifs ceux qui vous étaient si chers.

CHAPITRE II.

Infidélités des enfants d'Israël. Vengeances du Seigneur sur eux. Promesse de leur rappel.

1. Væ qui cogitatis inutile, et operamini malum in cubilibus vestris; in luce matutina faciunt illud, quoniam contra Deum est manus eorum.

2. Et concupierunt agros, et violenter tulerunt, et rapuerunt domos; et calumniabantur virum, et domum ejus; virum, et hæreditatem ejus.

3. Idcirco hæc dicit Dominus : Ecce ego cogito super familiam istam malum; unde non auferetis colla vestra, et non ambulabitis superbi, quoniam tempus pessimum est.

15. *Quæ habitas in Maresa.* Marésa et Odollam étaient des villes de la tribu de Juda. Odollam avait été fortifiée par Roboam. Dans ces derniers versets, Michée nous représente les maux que Nabuchodonosor devait faire à Jérusalem et à Juda, dans ses différentes expéditions.

CAP. II. — 1. *Væ qui cogitatis inutile.* Le Prophète reprend avec énergie les injustices et la violence des grands, qui abusaient de leur pouvoir pour satisfaire leur cupidité et opprimer leurs frères.

ram in Geth ad opem postulandam, sed frustra. — *Emissarios.* In hebræo est *scilluchim*, a radice *scalach, misit*, mittit nuntios. Italice dicemus, *mandar dei messi*, quod bene hebraico respondet. — *Super hæreditatem Geth.* Ad Gethæos, vel quia in hebræo est, *hal Moreseth Geth*, verti potest *super*, vel ad *Maresa Geth*; urbs enim Maresa pertinebat ad Geth. Noster vertit hæreditatem, quia *Maresa, Morosa, vel Moreseth*. Idem est quod hæreditas. * Aliqui ex hebræo vertunt : *Quin etiam dabit dona hæredi Geth.* Vocat autem Assyrium hæredem Geth, quia Philistinorum urbes tunc tenebat. — *Domus mendacii.* Quæ Geth est domus mendacii, promisit enim regibus Israel se opem laturam contra Assyrios, quæ non præstitit. In hebræo *domus est bathé*, in plurali, quale aliqui vertunt *domos*, referentes ad Maresa et Geth.

15. *Adhuc hæredem adducam tibi quæ habitas in Maresa.* O Maresa urbs Judææ, quæ hæreditatem tuo nomine significas, ad te veniet hostis, qui te hæreditet et capiat. — *Usque ad Odollam.* Odolla erat urbs in finibus Juda. Sensus esse videtur : gloria Israelis quasi loco pulsa et cedens veniet usque ad Odollam, ad quam accedet Assyrius paulatim progrediendo, et Israelis et Juda civitates occupando. D. Hieronymus, Ribera et alii, *gloriam Israel* per antiphrasim interpretantur ignominiam quam ab hostibus passus est Israel, et ab Odollam hoc est, ad remotissimas usque Judææ urbes pervenit, cum victus est et ductus in captivitatem.

16. *Decalvare.* O Samaria et Judæa, capillum tonde in signum luctus. — *Super.* Propter. — *Deliciarum tuarum.* Delicatos tuos. — *Sicut aquila.* Cum plumas omnes mutans nudo est vertice.

CAP. II. — 1. *Qui cogitatis inutile.* Est misis; minus enim dicitur quam significatur. Sensus enim est : qui cogitatis rapinam, ut habet chaldeus, et injustitias meditamini. — *Operamini malum in cubilibus vestris.* Nocturno in lectis vestris machinamini mala, quæ, cum diluxerit, effecta detis, et summo mane illa perpetrare incipitis. — *Manus eorum.* Industrie, consilia, conatus et opera.

2. *Calumniabantur virum et domum ejus.* Viros calumniis circumveniebant, ut in eorum bona et hæreditates involarent.

3. *Cogito... malum.* Animus est plaga aliqua gentem hanc mulctare. — *Unde non auferetis colla vestra.* Imponam vobis onus gravissimum quod nullo modo possitis excutere, nec possitis cervicem vestras subduocere, ne illud feratis. Intelligit gravissimam afflictionem captivitatis. — *Non ambulabitis superbi.* Reprimam erectam et superbam cervicem vestram. — *Quoniam tempus pessimum est.* Id est, erit, quia super vos inducam tempora calamitosissima.

4. En ce temps-là vous deviendrez la fable des hommes, et l'on prendra plaisir à chanter des chansons sur vous, et à vous faire dire : Nous sommes ruinés, nous sommes pillés de toutes parts; le pays qui était à nous est passé à d'autres : nos ennemis se sont retirés, mais de quelle sorte? ce n'a été qu'afin de revenir et de partager nos terres.

5. C'est à cause de ces ravages qu'il n'y aura plus personne d'entre vous qui ait sa part et son héritage dans l'assemblée du Seigneur.

6. Ne dites point sans cesse : Ces paroles menaçantes ne tomberont point sur ceux qui sont à Dieu : ils ne seront point couverts de confusion.

7. L'esprit du Seigneur, dit la maison de Jacob, est-il devenu moins étendu en miséricorde, et peut-il avoir ces pensées de nous perdre? Il est vrai que je n'ai que des pensées de bonté, dit le Seigneur, mais c'est pour ceux qui marchent dans la droiture.

8. Mon peuple au contraire s'est révolté contre moi; vous avez ôté aux hommes, non-seulement le manteau, mais la tunique, et vous avez traité en ennemis ceux qui passaient chez vous, sans penser à vous faire aucun mal.

9. Vous avez chassé les femmes de mon peu-

4. In die illa sumetur super vos parabola; et cantabitur canticum cum suavitate, dicentium : Depopulatione vastati sumus; pars populi mei commutata est; quomodo recedet a me, cum revertatur, qui regiones nostras dividat?

5. Propter hoc non erit tibi mittens funiculum sortis in cœtu Domini.

6. Ne loquamini loquentes : Non stillabit super istos, non comprehendet confusio.

7. Dicit domus Jacob : Numquid abbreviatus est spiritus Domini, aut tales sunt cogitationes ejus? Nonne verba mea bona sunt cum eo, qui recte graditur?

8. Et e contrario populus meus in adversarium consurrexit; desuper tunica pallium sustulistis; et eos qui transibant simpliciter, convertistis in bellum.

9. Mulieres populi mei ejecistis de

4. *Depopulatione vastati sumus.* Il y a là la peine du talion. Ces hommes, qui avaient dépouillé leurs frères, devaient être à leur tour dépouillés par l'étranger, à qui le Seigneur les avait livrés.

5. *Non erit tibi mittens funiculum sortis.* Etant tous emmenés captifs ou dispersés dans des contrées lointaines, ils ne pourront plus rien posséder dans la terre promise.

7. *Nonne verba.* C'est la réponse de Dieu. Ces dialogues donnent beaucoup de vivacité à la composition. Mais ils sont souvent une cause de difficulté pour le sens, et il importe d'y faire attention, pour ne pas se laisser induire en erreur.

8. *Et eos, qui transibant simpliciter.* Vous avez enlevé le manteau de ceux qui passaient avec confiance et sans se défier de vous, en revenant de la guerre. On a vu ici une allusion à la cruauté que les Israélites exercèrent sur leurs frères de Juda, sous le règne de Phacée, roi d'Israël, et d'Achaz, roi de Juda (II. Par., XXVIII, 6 et seq.).

9. *A parvulis earum tulistis laudem.* Le P. de Carrières ajoute : En les chassant de l'héritage de leurs pères, pour lequel ils m'auraient béni, si vous les en aviez laissés en possession. Mais nous préférons de beaucoup l'explication de Ménochius.

4. *Sumetur super vos parabola.* Nœnia, lamentum funebre, carmen lugubre usurpabitur super vos, id est, de vobis canetur. — *Canticum cum suavitate.* Cum modulatione et inflexione quadam lugubri, ut solet fieri in nœniis. — *Depopulatione vastati sumus.* Hebræus habet, *vastando vastati sumus*, id est, penitus vastati sumus. Sunt verba synagogæ, id est, Samaritæ et Jerusalem. — *Pars populi mei commutata est.* Pars populi Israelitici translata est in Assyrios. Vel pars, id est, sors et hereditas populi mei ablata est et data alienis. — *Quomodo recedet a me?* Quomodo pseudoprophète et adulatores dicebant Assyrium recessurum, et non magno illato damno abiturum, cum tam cito redierit, et nobis agros eripiat, et inter suos dividat? Sunt verba lamentationis.

5. *Propter hoc non erit tibi.* Posthac terram tuam, o Samaria et Judæa, inter tuos cives funiculo non divides; ut solebas, quia omni tua possessione privaberis. Sunt verba Samaritæ et Judææ ad seipsam. Sic enim lugentes ex affectu seipsos interdum alloquuntur. Simile patios apud Virgilium. Ecloga 1 :

*Impius hæc tam culta novalia miles habebit?
Barbarus has segetes? En quo discordia cives
Perduci miseris : en quis conservamus agros!
Inserere nunc. Melibæe, puros, pone ordine vites.*

6. *Ne loquamini loquentes.* Finita lamentatione vel nœnia, jam alius propheta, vel quispiam vir prudens inducitur loquens; quasi dicat : Nolite, o Michæa, o Joel, o Amos, etc., verba perdere, et frustra populum hunc alloqui, et ad illum concionari. — *Non stillabit super istos.* Eloquium vestrum non instillabit illis bonam mentem. — *Non comprehendet confusio.* Hos adeo depuduit, ut monita, et increpationes, et minæ pudorem illis non possint injicere.

7. *Numquid abbreviatus est spiritus Domini?* Numquid arctatus et angustiatus est spiritus misericordie Dei, ut nos, qui sumus populus ejus, perdere velit? — *Tales sunt cogitationes ejus.* Quales vos verbis ostenditis. Id est, putatis illum nihil aliud quam de penis infligendis cogitare? — *Nonne verba mea dona sunt?* Hæc sunt verba et responso Dei affirmantis se quidem bonum esse et clementem, sed bonis et rectis.

8. *Et e contrario.* At vos quasi adversarii insurgitis contra me, legem meam passim violantes. — *Desuper tunica pallium sustulistis.* Adeo rapaces estis, ut ipsas etiam vestes quas gostant, pauperibus eripiat. — *Qui transibant simpliciter.* Eos qui nemini nocebant. Italico dicemus : — *Quelli, che andavano per i fatti suoi.* — *Convertistis in bellum.* Hostiliter estis persecuti.

9. *Ejecistis de domo deliciarum suarum.* Ex sœdibus suis in quibus cum maritis in amore.

domo deliciarum suarum; a parvulis earum tulistis laudem meam in perpetuum.

10. Surgite et ite, quia non habetis hic requiem; propter immunditiam ejus corruptetur putredine pessima.

11. Utinam non essem vir habens spiritum, et mendacium potius loquerer; stillabo tibi in vinum, et in ebrietatem; et erit super quem stillatur populus iste.

12. Congregatione congregabo Jacob totum te; in unum conducam reliquias Israel, pariter ponam illum quasi gregem in ovili, quasi pecus in medio caularum, tumultuabuntur a multitudine hominum.

13. Ascendet enim pandens iter ante eos; dividet, et transibunt portam, et ingredietur per eam; et transibit rex eorum coram eis, et Dominus in capite eorum.

11. *Stillabo tibi in vinum.* D'après l'Hébreu : Je vais faire tomber sur vous le vin et le sécar; je vous annonce la coupe enivrante de la colère du Seigneur, et celui sur qui tombera cette liqueur enivrante, c'est ce peuple même. On prétend que le sécar est le vin de palmier.

12. *Congregatione congregabo.* Ici commencent les promesses par lesquelles le Prophète termine son premier discours ou sa première partie. Ces promesses se rapportent d'abord au retour des Israélites après la captivité. Mais il n'est pas possible de s'arrêter là; il faut entendre avec saint Jérôme, ces deux derniers versets, de la réunion future des restes d'Israël avec la Gentilité, dans l'Eglise de Jésus-Christ, qui est lui-même leur Roi et leur Dieu. — *Tumultuabuntur a multitudine hominum.* Cette confusion, ce bruit doit être l'effet de la conversion si rapide et si unanime de toutes les nations, qui se précipiteront à l'envi sous l'étendard de Jésus-Christ.

